Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

forma utilitatis suas eius ecclesiis ex
stitit. Est autem hec. Inestimabili m
ultitudine fugiencium a persis. sicut iam
dictum est. et advenientem alexandriam
et sterilitate multa ciborum. facta eo
quod non subiret fluvius nilus secundum con
suetudinem. et auro cuncto erogato quod
possederat patriarcha misit et mutuum
accepit a multis philochristis circa x
centenaria. Et his iterum consumptis
et adhuc fame manente. et decetero nul
lo valente mutuum dare. sed omnibus
pertinacia famis timentibus et necessitate
compresso eorum qui ab eo alebantur. et in mul
ta cura et oratione beato perseverante. sen
sit quidam habitator civitatis eam que
circumdederat sanctissimum illum ariditatem
esse omnimodam egestatem bigamus exi
stens. desiderat diaconus sancte ecclesie fieri.
et per necessitatem que sanctum undique circumde
derat volebat suadere ei. ut eum conse
craret. facit ei deprecatorias ita. Infacie
quippe non audebat tale aliquid dicere.
Sanctissimo et ter beato patri. patriarche Io
hanni vicario christi deprecacio et postu
lacio a cosma indigno servo servorum
sanctitatis vestre. Edisscens sanctissime domine
que obtinet honorandum caput tuum
secundum permissionem dei. immo propter peccata nostra
escarum penuriam. non iustum existimavi
servus tuus in perfectione consiliari.
domino meo in subtilitate manente. Sit
ergo indigno servo tuo ducenta mi
lia frumenti modiorum. et auri libre
centum octoginta. quas rogo dari christo
per te dominum meum. tantum ego indignus
in ministerio vero diaconatus frui me
rear. ut per talem cum te domino sancti altaris
ministracione emundari a peccatorum meorum
luxuria. Dicit enim vere dei predicator

per sanctum apostolum quo ex necessitate et le
gis translacio fit. Hec suscipiens di
vinitus sapiens. et virum advocans ait
ad eum. Tu es qui preces nobis per nota
rium tuum et filium misisti? Quo dicente
eciam domine. misit omnes foras beatus et mi
sericordissimus nolens coram omnibus
hunc confundere. et cepit dicere ad eum.
Oblacio quidem tua multa et tempore
necessaria. sed maliciosa est. Et nosti
quod in lege ovis sive parva sive ma
gna nisi immaculata esset in sacrificium
non offerebatur. Et ideo ad sacrificium caim
non respexit deus. Quod vero dixisti frater
quod ex necessitate et legis translacio fiat.
de lege veteri hoc dicit apostolus. Nam quomodo
dicit frater domini iacobus. quod quicumque observa
verit totam legem. offendit autem in uno.
factus est omnium reus. De fratribus meis
egenis. et de sancta ecclesia. deus qui eos nu
trivit antequam ego et tu nasceremur. ipse
et nunc nutrit eos tantum si sermones
illesos illius custodierimus. Ille enim
qui tunc quinque panes multiplicavit.
potest et decem horrei mei modios
benedicere. Quapropter illud ad te dico
quod in actibus apostolorum dictum est. Non est
tibi porcio neque hereditas in parte hac.
Cumque tristem hunc et sine effectu di
misisset. nunciatur ei duas naves ec
clesie magnarum navium ad terras esse
submissas. quas miserat in syciliam
propter frumentum. Hec autem beatus ille
audiens. cadens in terram gracias egit om
nipotenti deo dicens. Gracias refero tibi
domine qui non permisisti servo tuo pecu
niis vendidare graciam tuam. Vere in
quirentes te domine et sancte ecclesie regu
las custodientes. non deficient omni
bono.

Vibulari duobus clericis